

DEDICATORIA.

Arupes, pedes, obfes, eques &c. videatur *Differentiis*,
ubi præterea defectus etiam non contemnendi appa-
parebunt. Sed ludus & jocus ista omnia sunt, si ad
caligines & intricatissimas traditiones de Termini-
nationibus IS, US, AX, EX, IX, OX, UX conferantur.
Non possunt ea jam breviter commemorari. Pleraque
nec tamen omnia tanguntur in mea *Dissertatione*.
Porro si duos illos integros octerniones de formatio-
ne Genitivi 3. declin. ad meas tres pagellas spectes,
discrimen apparebit, quod est inter lucem & tene-
bras. Nihil dico de Accusativo, Ablativo singulari:
Nominativo & Genitivo plurali 3. decl. Anomala
item sunt verè anomala. In Syntaxi autem quorū
Regulae inveniuntur, quas non multis modis fallas,
obscuras, deficientes, inuiles ac nullas esse demon-
stret mea *Dissertatio*? Sic & *Prosodia* propter
multiplices & maximas in ea incommoditates adeo
invisa est scholis plerisque, ut etiam si reliquas vulga-
ris Grammaticae partes ἐπιστάσις διέκρινε Jura
doceant, hanc tamen prorsus exterminent. In scho-
la Portensi meo tempore didici *Prosodiam* Fabricii,
quam & in Schola Thomana Lipsiensi inveni. Aliis
alia arridet. Patet igitur ex hac perfectâ Indu-
ctione & oculari demonstratione, quam firmiter atque
immoto prorsus fundamento nitatur *Syllogismi*
mei Minor propositio. Unde jam necessario sequitur
hac conclusio, quod pleraque in vulgaribus præ-
ceptis Latinae Grammaticae bonâ conscientia
& sine maximo damno juventutis, addo etiam
finē